



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtvtes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Cap. 27. Circa irregularitatem ex infamia provenientem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80695)

DVBIVM LXXXV.

*In hac Irregularitate occulta potestne
Episcopus virtute Tridentini dispen-
sare?*

374
Non potest
dispensare.

Dispensare non potest virtute Tridentini. *sess. 24. c. 6.* in hac irregularitate occulta, neque ad forum contentiosum deducta. Quia communior sententia affirmat esse reuocatum Episcopo facultatem absolendi ab haeresi in eo decreto concessam: ergo est etiam illi reuocata potestas dispensandi in irregularitate inde proveniente. Tum quia haec irregularitas est haeresi accessoria. Tum quia praecipue quia in *c. cum illorum, de sent. excom.* dicitur, Episcopus non habere potestatem dispensandi in casibus, in quibus eorum absolutio est illis interdicta: cum maiora intelligantur illis esse prohibita, quibus verita sunt minora. At absolutio minus est, quam dispensatio *Gloss. libi. Abbas n. 2. notab. 3. Felin. n. vni.* Ergo denegata Episcopis potestas absolendi ab haeresi, consequenter censetur denegata potestas dispensandi in irregularitate ex illa proveniente. Sic Suarius *d. 43. sect. 3. n. 15.* Toletus *l. 1. c. 46. Fillucius rr. 20. n. 231.* Bonacina *tom. 1 d. 7. q. 3. pun. 7. n. 12.*

375
Dispensare
potest.

Potest dispensare. Quia haec dispensatio dici nequit maioris considerationis, quam a crimine haeresis, & illius excommunicatione absolutio. Haec enim irregularitas non est certa, sed dubia: ac proinde etiam si intelligamus negatam esse Episcopis potestatem absolendi ab haeresi, non inde inferitur, esse negatam potestatem dispensandi in illius irregularitate, quae debita est. Ita Sanchez *l. 2. Decal. c. 25. n. 18.* plures referens. Farinac. *de haeresi, q. 194. n. 79.* Palao *de Cens. d. 6. pun. 19. §. 4. n. 4.*

376
Hoc defen-
do.

Hoc rectius excogitatum esse iudico. Nam quando dicitur, potestatem dispensandi maiorem esse potestate absolendi, intelligitur de potestate dispensandi in impedimento certo, non in dubio quale est haec irregularitas. Neque huius irregularitatis dispensatio est annexa excommunicationis absolutio, cum sint potestates omnino distinctae, ac separatae.

DVBIVM LXXXVI.

*Inquisitores possuntne in foro conscientiae
in hac ex haeresi Irregularitate dis-
pensare?*

377
Possunt di-
spensare.

Dispensare possunt. Quia in constitutio-
ne Clementis VII. ad huiusmodi dispen-
sationem gerendam eis potestas impertitur.
Sic Mandos. *de signatura gratiae, v. Absolutio ab
haeresi, initio.* Vmb. Locatus in iudiciali inquisi-
t. *irregularitas, n. 2.* Lelius Zecho *tr. de fide, c.
11. n. 16. in pars 12. haer.* Hentiq. *lib. 14. c. 18.
num. 2.*

378
Non possunt dispensare. Quia praefata
Dispensatio constitutio vltima, & consuetudine abrogata cen-
sion possunt. *Ita Suarius d. 43. sect. 1. n. 5. Pegna direct*

*inquisit. p. 3. q. 126. comment. 175. Sanch. l. 2. De
cal. c. 25. n. 16. Farin. de haeresi, q. 192. n. 76.*

Cum his probabilibus opinor. Nam constitutio illa, quam refert Pegna, lata videtur pro personis, quae eo tempore aderant, neque ad alios extendi vti docet Palao *de Censur. d. 6. pun. 19. §. 4. n. 5.* Cui quidem in cunctis, quae ad Inquisitionis Sacrae Tribunal spectant, specialem fidem adhibeo.

CAPVT XXVII.

*Circa Irregularitatem ex infamia
provenientem.*

DVBIVM LXXXVII.

*Ad incurrendam infamiam ex proprio de-
licto Irregularitatem necessarium debet
delictum esse notorium?*



Suppono ex *sess. 1.* infamiam ex delicto proprio duplicem esse, unam, quae annexa est ipsi delicto tantum, alteram, quae praerquirit condemnatoriam delicti sententiam. Porro infamia iuris annexa delicto tantum, oritur ex delicto, cui ius Civile, vel Canonicum infamiam praescribit: verbi gratia, lenocinio, bonis sponsalibus etiam in ualidis, defensionem in certamen priuatum cum alio homine, quæstus gratia, violationi iuramenti promissorii, laesa maiestatis diuinae, vel humanae violationi, hostili insecutioni Cardinalium, rapui: fecerunt, defensionem in duellum, &c. Quæ si fieri autem, nunc ad incurrendam huius infamiae ex proprio delicto Irregularitatem, debeat necessarium delictum esse notorium?

Non debet. Quia infamia non incurritur ex delicti manifestatione, sed ex proprio delicto. Sic D. Antonin. *p. 3. tit. 28. c. 6. §. 7. Syluest. verb. Irregularitas, quest. 14. Suarius d. 48. sect. 1. num. 7.*

Debet omnino. Quia infamia est fama, & bonae estimationis diminutio. At dom crimen ignotum est, bonum delinquentis nomen non dimittit. Ergo ex crimine, dum occultum est infamia non potest oriri. Ita Glossa ad *Cap. Inquisitionis, de accusationibus*, Abbas ad *Cap. Ex tenore, de temporibus ordinari.* Nauarr. *summ. cap. 27. a. 148.* Controuersias *lib. 4. notandum cap. 3. num. 2.* Henriquez *lib. 13. cap. 36. §. lib. 14. cap. 5. numer. 2.* Sanchez *lib. 2. Decalogi cap. 16. numer. 1.* Coninch. *disputation. 18. dub. 7. numero quinquagesimo sexto.* Laymanus *de irregularitate, capite quarto, numero octauo.*

Quamuis ex ipso delicto procedat infamia, attamen illius manifestatio, ac publicatio requiritur, ut infamiam in roget. Cum hoc tamen fiat, si timeretur delictum esse publicandum, & con-
querret

Sec. II. De Irregularitate, Dubia. 367

quenter infamia contrahenda, obligatum esse delinquentem ab omnibus illis actionibus abstinere, à quibus infames abstinere: alias exponitur periculo depositionis, & annulationis à Iudice faciendæ. *Suar. d. 48. sect. 1. nu. 16. Laym. de irregul. c. 4. n. 9. concl. 1.*

DVBIVM LXXXVIII.

An infames sint filij hereticorum?

384 *Nonnulla suppono.* **S**uppono, etiam oriri infamiam ex delicto salieno. Hac enim ratione filij, ac nepotes parentum violentas manus in Cardinalem Romanæ Ecclesiæ iniciunt infames efficiuntur. *c. Felici, vers. Quod si quis, de pænis in 6. Item filij proditorum crimen læsæ Maiestatis committunt iure Ciuili redduntur infames. Leg. Quisquis, §. Filij, Cod. ad leg. Iul. maiest. Quæstio autem, an infames etiam sint filij hereticorum?*

385 *Infames sunt.* Sunt equidem. Quia hi prohibentur, ne beneficio Ecclesiastico donentur: neve publica exerceant officia. Sic aliqui, quos presso nomine refert Castro Palao de *Cens. d. 6. pun. 20. num. 5.*

386 *Non sunt infames.* Non sunt infames. Quia si infamia afficerentur, essent ad testimonium ferendum inhabiles. *c. Testimonium, & c. Licet, de testibus.* Et si Clerici essent, priuari deberent beneficiis, & officiis habitis, cum hæc omnia infamibus prohibeantur: quæ tamen filiis hereticorum non sunt prohibita. Ita *Suar. d. 48. sect. 3. & de fide d. ult. sect. ult. nu. 7. Sanchez l. 2. Decal. c. 28. nu. 5.*

387 *Idem affirmo.* Existimo etiam hereticorum filij irregulares sint non tamen esse infames, cum ea, quæ infamibus denegantur, his permittuntur.

DVBIVM LXXXIX.

An illegitimi sint inter infames computati?

388 *Computantur inter infames.* Illegitimi, id est, qui ex legitimo matrimonio nati non sunt, inter infames computantur. Quia in *leg. Regia l. tit. 6. p. 7.* hac videtur infamia iuri ob culpam à parentibus perpetratam. Sic plures Doctores, quos tacito nomine memorat Palao de *Censur. d. 6. pun. 2. n. 5.*

389 *Non computantur inter infames.* Quia in *Lege Generaliter, §. Spurius, & leg. Spuri, ff. de decurionib. ab obtinendo, & administrando officio Tabellionatus, & Decurionatus munere, & ad testimonium in iudicio ferendo, & ad ius hereditatis in testamento non repelluntur.* Ita *Conar. pract. qq. c. 19. nu. 6. Molina tr. 4. d. 7. n. 5.*

390 *Esse irregulares, & inhabiles ad ordines suscipiendos, & beneficia Ecclesiastica obtinenda, sed non infamiam.* Fateor, illegitimos iure Canonico esse irregulares, & inhabiles ad ordines suscipiendos, & beneficia Ecclesiastica obtinenda, sed non infamiam, quia aliosque effectus existeret: sed hoc non ex infamia quam non habent, siquidem ad officia illa secularia admittuntur, à quibus infames assolent repelli.

Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

DVBIVM XC.

Officium carnicum, l. forum, mac. l. riorum, & similia estne infamia notata irregularitati obnoxia?

391 *Nonnulla suppono.* **S**uppono, etiam ex officio ortum habere infamiam. Sunt enim aliqua ministeria adeo vilia in Republica, vt ea exercentibus infamia irrogari videatur. Exempli gratia officium histionum, qui olim se pretio conducebant, ad spectacula sui corporis exhibenda, siue qui obscena publice representabant. De quibus *D. August. l. 2. de Ciu. c. 11. & 13.* Hi igitur ob turpes, ac indignas representationes infamie nota afficiebantur. *leg. 1. & 2. §. At Prator.* Quæstio verò, num officium carnicum, & similia sit & non sit infamia notatum irregularitate obnoxia?

392 *Est officium infame irregularitatis obnoxium.* Est quidem. Quia viles homunciones in Republica habentur, nec ad ministerium (æ. *Est officium infame irregularitatis obnoxium.* culare vilius ponderis eliguntur. Quomodo ergo ad sacerrima Ecclesiastica ministeria sunt assumendi? Sic Doctores, qui, presso nomine à Petr. Ferdinando de Castro memorantur de *Censur. disputat. 6. punct. 20. numer. 6.*

393 *Non est.* Non est notatum infamia. Quia esto sint officia infamæ conditionis, ac notæ, nullo tamen iure scripto cænetur ea exercentes infamia notari. Ita Castro *vbi sup.*

394 *Hoc assero.* Cui quidem adhaereo. Ea enim officia exercent frequenter qui pauperie premuntur ad victum acquirendum, & possunt sine villo piaculo exercere. Quomodo ergo Dominus pauperem ex confecta huiusmodi infamia à Sacro munere arceret, quia viles mundi homunciones nuptiarum compelli imperat ad conuiuium.

DVBIVM XCI.

An infames ita exclusi sint à dignitatibus Ecclesiasticis obtinendis, vt earum prouisio sit irrita ipso iure?

395 *Irrita est.* **I**ta excluduntur, vt prouisio irrita sit. Quia Ecclesia, & Res publica à suis officiis, beneficiis, & muneribus eos excludit, quantum potest, vt indicat dicens: *Infamibus porte non pateant dignitatum, de Regulis iuri in sexto.* Quasi diceret, omnis via ad dignitates illas occlusa sit. Si tamè validè dignitates possent obtinere, iam aliqua via ad dignitates obtinendas illis pateret. Sic Abbas ad *c. Inter dilectos, de excess. Prælator. n. 8. Selua p. 3. de beneficio. que. 1. 5. num. 31. Nauarra summ. c. 27. n. 104. & 251. Molina tract. 4. d. 11. num. 3. Anila p. 7. d. 4. dub. 7.*

396 *Non est irrita.* Non ita excluduntur, vt prouisio sit irrita in foro conscientie, quovisque à Iudice rescindatur. Quia annullatio actus vt potè odiorum iura inducenda non est absque manifesto

li 2 textu

textu. At nullus est textus hanc annullationem ipso iure inducens. Ita Garcia parte septima, de benefic. capite octavo, numero quadragésimo septimo, plures citans.

397
Hoc satis
probabile
esse credo.

Fateor primam sententiam communem esse, & eam externum illam in indicando sequi: ex illimo probabilitate non carere, & prædictorum provisionem in foro conscientiae validam esse, quovisque à iudice rescindatur. Nam esto infamibus nullæ sint dignitatum portæ apertæ, sed omnes occlusæ: inde tamen solum infertur, illarum ingressum illis esse interdictum: non autem si de facto fiat, invalidum esse; sicuti non est invalidus ordo infamibus collatus, tametsi Ordinum portæ infamibus non pateant.

DUBIUM XCII.

Omnia crimina depositione digna inducuntne Irregularitatem, etiam si sunt occulta?

398
Inducunt
quidem.

Inducunt profecto. Quia qui dignus est depositione, dignus à fortiori videtur, qui ad ea non admittatur, à quibus ob illud deli-

cum merito deponendus est. Sic Maior, libro quarto, de irregularitate, capite vigesimo tertio, & libro quinto, capite primo secundo, & trigésimo, & alij Doctores, quos præfatus nominat, refert Palao de Censur. dissertation. 6. par. 20. numer. 15.

Non inducunt irregularitatem quæcumque crimina depositione digna præterea, qui. Non inducunt ex iure indicta est. Quia sic deciditur in cap. Ex tenore, de temporib. ordinat. Dicitur enim ibi, ex nullo crimine depositione digno, si occultum sit, quem à Sacris Ordinibus prohibetur esse. Et in cap. ultim. eodem titulo, inquit Pontifex: Si proposita crimina, (scilicet, adulterij, perjurij, homicidij, vel falsi testimonij) ordine iudiciario probata, vel alias notoria non fuerint, non debent ij (præter reos homicidij) post penitentiam in iam susceptis Ordinibus, vel suscipiendis impediri. Ita Suarez disp. 43. sect. 4. & 5. Navarr. summ. c. 27. n. 248. Henric. l. 1. c. 36. & l. 14. c. 5. n. 1. Auila p. 7. d. 4. dub. 7. Palao citatus.

Cum his opinor longè verius. Imò certam hanc sententiam esse crediderim, ut ex relata illa clausula persuadeor. Quando verò hæc delicta publica, vel notoria sunt, tunc non ratione delicti præcisè, sed ratione infamiae inde exortæ ab Ordinibus arcantur.

